



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Refutatio Theodoriani symboli a Mario Mercatore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

δείξας ὃ ἡμῶν ἢ μόνον κατέστασιν. Ἐ
σαυτῶν ἔχον πατρὸς ἐκείνου πῶς ἀναφορῶν,
ὁσαυτὰ αὐτῶν ἡμῶν τὰ ἀπὸ τῆς ἀποστολῆς
ὅτι ἢ μόνον κατέστασιν ἀναφορῶν
ἢ ἢ πατρὸς λαμπρῶν δεδοκῶν πῶς ἀνα
φῶν. ἢ ὅμοιον ὃ ἔσπον ἔδωκεν; Ἀδὰμ
καλεῖται, ὡς ἢ δὲ πῶς κατέστασιν ἐκείνου.
ἐπειδὴ αὐτῶν ἢ μόνον πατρὸς ἀρχὴ γένεσιν ὁ
Ἀδὰμ, ἢ ὅμοιος, ἢ πατρὸς, ἔκ πολλῶν γε
μύσους ὁδοῦσιν, ὡς ἢ δὲ ἔκ πῶς ἀνα
φῶν εἰς ἀναφορῶν ὁμοίωσιν. πῶς δὲ πῶς
ἀναφῶν ὁ δευτέρου Χριστοῦ, ὡς ἢ εὐγενῶν
ὅτι πῶς μόνον πατρὸς, ἀπὸ τῆς ἡμῶν
εἰς ἢ κοινῶν ἀφῶν πῶς οἰκίαν. Ὁ γὰρ
πατρὸς, φῶν, ἀναφῶν ἐκ γῆς γένεσιν,
ὁ δὲ πῶς ἀναφῶν, ὁ κῆρος δὲ οὐρανοῦ.
ὅμοιος, ἐκείνου ἀναφῶν μόνον ὅτι ἢ
πῶς εἰς μόνον ἀφῶν ἑαυτοῦ. ὅμοιος ἐπῶν.
Ὅμοιος ὁ κῆρος, τοιοῦτοι καὶ οἱ γένεσιν, καὶ οἷος ὁ
ἐκείνου, τοιοῦτοι ἔκ οἱ ἐκείνου. καὶ Κα
τάτος ἐκείνου πῶς εἰς τῶν ἐκείνου.
ὡς ὅμοιος δὲ φῶν πῶς ἔκ πῶς ἀναφῶν
ὁμοίωσιν ἢ κῆρος μόνον, ὡς ἀφῶν
πῶς ἀναφῶν πῶς ἀναφῶν ἢ κῆρος
τοιοῦτοι ὁμοίωσιν ἢ ἀφῶν ἢ ἀναφῶν ὁ
Θεός, πῶς ἀναφῶν τοιοῦτοι ἢ ἀναφῶν
πῶς ἀναφῶν μετῶν. καὶ ὅμοιος ἢ ἀναφῶν,
ὡς ἢ μόνον κῆρος ἢ ἀναφῶν ὡς ἀναφῶν,
ὡς ἀναφῶν, ἢ ἀναφῶν, πῶς ἀναφῶν,
ὡς ἀναφῶν ἐκ πῶν.

Αὐτῶν ἢ ἐκείνου ἀναφῶν ὁμοίωσιν ἢ ἀναφῶν
ὁμοίωσιν. ἔκ πῶς ὁμοίωσιν ἀναφῶν,
ἀναφῶν ἔκ πῶν.

manifestavit nobis quidem futurum statum, & tantam ad illum Adam habens differentiam, quantam esse oportuit, inter eum, qui largitor & minister erit tantorum bonorum status futuri, & eum, qui presentium tristium nobis initium intulit. Hinc simili modo & secundum Adam appellatur, tanquam qui secundum enuntiauerit statum. Et quoniam prioris illius mortalis, & passibilis, & pleni multorum malorum, in quo ad eum accepimus similitudinem, in quo ad eum accepimus similitudinem, cujus status initium factus Adam est; secundum statum demonstravit futurum Dominus Christus de caelis apprens, qui omnes nos in suam adducet familiarem communitatem: *Primus enim* Ibid. v. 47
homo, inquit, de terra terrenus, secundus homo, Dominus de caelo; hoc est, inde visendus, ut nos ad sui imitationem adducat. Unde & adjungit: Quales terrenus, Ibid. v. 48.
tales & terreni, & qualis celestis, tales & celestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis. In isto, inquit, qui patet, & videtur ab omnibus eorum, qui judicandi sunt, invisibilis faciet judicium divina natura, secundum apostolum Paulum, qui ait: *Et tempora* Añ. 17. v. 30.
quidem ignorantia nostrae despicens Deus, nunc mandat ubique omnibus hominibus poenitentiam agere, quia statuit diem, in qua judicaturus est orbem terrarum in justitia, in viro, in quo desinuit, fidem prestans, suscitans eum a mortuis.

Hæc ecclesiasticorum dogmatum doctrina; atque adeo omnis, qui contra hæc sentit, anathema sit.

Refutatio Theodoriani symboli a Mario Mercatore.

I. **M**o nos tibi catholici dicimus, qui talia ore impurissimo, & lingua scelestissima protulisti, incessabiliter anathema, & omnibus consentaneis tuis. Vide enim, si evigilare volueris, quid mali coneris inducere: imperitia, an malicia, tu videris.
II. Perjura quippe verba tua sunt ista, cum sensu pravissimo & inimico catholica veritatis: *Dei Verbum hominem suscepisse ex semine Abraham & David perfectum, ex anima rationali & corpore constitutum, quemque hominem, inquis, secundum nos naturaliter, virtute & potentia Spiritus sancti in virginis utero figuratum, factum ex muliere, factum sub lege, ut omnes nos ex maledicto legis & servitute*

redimeret, adoptionem filiorum olim predestinatam recipientes; inenarrabiliter copularis sibi atque conunxit, mortem enim secundum legem hominum, preparans experiri, suscitans vero a mortuis & in calum levans, sedere fecit ad dexteram Dei. Et post paululum ibi: *Ab omni creatura nunc adorabilis suscepit venerationem, tanquam inseparabilem cum divina natura habens conjunctionem.*
Vis igitur hoc ex isto sensu conficere, quod sane tuo assuas capiti *, natum jam Christum ex Virgine per Spiritum sanctum, adhæsile, vel conjunctum esse, ut sapissime garris, Verbo Dei Deo, atque ex illius societate meritum & vocabulum
Ii iij

Ibidem.

III.

* corr. quod sane tuo facias capite dictum

Gal. 3. v. 13.

conquisisse, vocabulo autem tantum, non natura, appellandum esse Filium Dei, & cætera habere privilegia, non genuina, sed per gratiam præstita; dissimulans quod scriptum est: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Quod cum audis ab objicientibus tibi, calumniari tanquam Deum in carnem verum esse sentientibus; quod absit, ut quis hoc, vel demetissimus, dicat & sentiat. Factus est enim homo, quod non erat, Filius Dei Deus Verbum, non deponens quod erat, sed manens Deus in divinitatis, cum Patre & Spiritu sancto, substantia vel natura.

IV. Nunquid enim anima, saltem hominis cuijlibet, mixta & connexa corpori amittit, vel immortalitatem naturæ suæ, vel quod invisibilis, quodque incorporea est? Non utique.

V. Huic vanillimæ atque inani calumniæ opponenda etiam trium angelorum in Sodomorum everfione descendentium, illa fidelissima & sacratissima historia, quæ eos exceptos ab Abraham prius, & manducasse, & pedes lavisse designat. Num illi in assumptione illa corporum ex angelica veris & commutati esse substantia in corporum naturam dicendi sunt? Avertat hanc dementiam Deus, non utique, quia manentes in immortalis atque incorporea sua natura & substantia, in corporibus constituti ad tempus, divinitus imperatum sibi officium impleverunt.

VI. Quis ergo ferat ista garrientem, & audiat, duos Dei Filios eum verbis tantummodo, ad decipiendos simplices, protestari non dicere; apertis vero sententiis duos ostendere palam, diversi meriti, diversæ dignitatis, diversi status, diversæ naturæ?

VII. Fallit autem ac decipit, ut diximus, imperitos. Quomodo enim dicit duos se non dicere filios, neque sentire, dividens unum ab altero, unum temporalem, alterum vero ab æterno, secundum essentiam & naturam; & illum temporalem participatione & tantum vocabulo honorandum, non autem ex natura esse Filium Dei, & Deum? nam singulorum status & merita dividit, alterum natura esse volens, alterum conjunctione & societate illius, qui natura est Deus & Filius Dei.

VIII. Cum utique recordari debuisset Pauli dictum apostoli, quo ait: *Operabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis secundum carnem, qui sunt Israelite, quorum est adoptio filiorum, & testamenta, & legum constitutio, & obsequia, & gloria, & promissa: quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem natus est, qui est super omnia benedictus in sæcula.* Utique super om-

nia Deus, qui secundum carnem ex Isaac, litis, ex semine Abraham & David, per Virginis uterum, originem habet: *Verbum enim carnem factum esse*, Evangelio teste, didicimus. Ex quo tempore, neque quæ infirma sunt, & fragilia humanitatis, neque quæ divina atque sublimia & æterna sunt, ab * villa sunt persona vel substantia separanda.

Debuerat audire Isaiam prædicantem: *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, hic vocabitur admirabilis, magni consilii nuncius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis; multiplicabitur regnum ejus, & pacis non erit finis; super sedem David Patris sui, & super regnum ejus, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & usque in æternum. Zelus Domini exercituum faciet hæc.*

Hic Deus fortis, utique qui puer, sine dubio qui pannis in Bethleem involutus, & in præsepio positus est, qui adoratus a magis, qui Ægyptum postea cum parentibus petiit, ut ex Ægypto, secundum alium Prophetam prædicantem, vocaretur, dicentem: *Ex Ægypto vocavi filium meum.*

Objiciendus quoque ei in faciem Jeremias vociferans: *Hic Deus noster, & non Baruch estimabitur alius præter eum Deus, qui invenit omnem viam iustitiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Posthac in terris visus est, & inter homines conversatus est.*

Dicatur, quaeso, nobis, quis iste est, qui postmodum in terris visus est, & inter homines conversatus est. Utique Verbum Dei, Deus homo, & homo Deus, JESUS CHRISTUS, Filius unigenitus Patris, qui cum in terris in carne constitutus esset, & in ipsa visibilis conversaretur inter homines, ab hominibus in ipsa passus est, in ipsa crucifixus, in ipsa mortuus, in ipsa resurrexit tertia die cum ipsa iudex venturus judicare vivos & mortuos. Totus hic natura Filius Dei est, ex Deo Verbo & homine, cum anima rationali, & carne solida atque perfectâ; & hæc tres substantiæ una jam substantia, una quoque persona: substantialiter enim Deus hominem, inde mutabiliter caro factus, suscepit & gessit, nec deposuit, nec depositurus est unquam, conregnantem, & condominantem.

Quid hic dualitas naturarum? Quid substantiarum diversitas, in uno Domino Christo magna & impia loquacitate nobis assertur: nempe ut duos Christos, & duos diversos esse Dei Filios audiamus. Et certe homo communis ex anima & corpore constitutus, ex diversis sine dubio substantiis & naturis, corporali videlicet & spiritali, crassa & subtili, visi-

bili & invisibili, mortali & immortalī, convenit in vnum, non contra naturam, sed naturaliter & Dei institutione, qui ita vt esset semel & ab initio, & in perpetuum, sanxit atque disposuit: homo ergo cum est, & enunciatur homo, vna natura est, atque vna substantia, vnaque persona.

XIV. Nec Paulus Apostolus, cum diceret: *Primus homo de terra terrenus; secundus homo Dominus de celo, & cetera*, quæ in eadem circumstantia latius exequitur, duplicem eum, vel duas naturas esse significavit; nec qui dixit: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*; duarum in eo fecit naturarum mentionem.

Illud quoque prætermittendum non est, quod dictum est in Genesi: *Descendit Jacob in Ægyptum cum filiis suis, omnes animæ septuaginta quinque*. Item Propheta: *Omnes animæ meæ sicut anima patris, ita anima filii, mea est; & anima quæ peccat, ipsa sola morietur. Et is qui vram acerbam manducavit, ipsius obstupescit dentes*. Item alius Propheta: *Lauda, anima mea, Dominum, & omnia ossa mea laudem dicent tibi*. Item a parte corporis: *Non permanebit, inquit, Spiritus meus cum hominibus istis, quoniam sunt caro*. Item alius: *Caro mea exultavit in spe, & alibi: Videbit omnis caro salutare Dei*. Nunquid eis sine animis ista contingent? Aut quia superius animæ tantum nominatæ sunt, corporis societate, vel in bonis, vel in malis meritis separatæ sunt? Quis hoc dementissimus dixerit? Non vtique, sed naturaliter, quamdiu

vtumque sibi connexum & cohærens est, non in dualitate, sed in vnitare enuntiat, & significatur natura, id est, hominis, seu humana, natura.

Nemo igitur sanus mente, cum homo vivus, vel aduersa sustinet, vel optatis exultat, dicat, non ex vtraque constitutum, vel dolore affligi, vel læticia exultare, cum animam nullus dubitet, in sua natura, & propria substantia, dolore non affici; quod etiam scriptura divina nos super hoc evidentiùs docet, dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animæ autem quid faciant, non habent*. Matth. 6. v. 28.

Quid opus est, testimonia plura congerere? Aut qui finis erit in his exquirendis? Aut cui est, vel fuit, vel erit aliquando possibile, perferuari omnia, & omnia commemorare, quibus probetur, non novella hunc, sed vetera, partim Pauli Samosatreni, partim Ebionis, partim Marcelli Galatæ, & Photini esse cum impietate locutum? Unum tamen pro innumerabilibus evangelicum sibi audiat trabilem locum: *Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo filius hominis, qui est in celo*. Et certe adhuc crucifigendus Christus ista dicebat, qui descendit de celo, inquit, & qui est in celo filius hominis. Ita ergo Verbum Deus-homo & homo-Deus Verbum, & sicut in gloria & majestate Dei vnum, ita & his quæ ima sunt, secundum hominem vnum. Et vnus Dominus IESUS CHRISTUS ex vtero, qui substantialiter Filius Dei vnum cum Patre & Spiritu sancto: Deus vnus in Trinitate, semper in sæcula.

OBSERVATIONES AD SYMBOLUM, ET EJUS REFUTATIONEM.

Qui au diores meminerint symboli.

MEMINERUNT hujus symboli genera-
tia duo concilia, Ephesinum actione
sexta, & Constantinopolitanum II. actione
quarta. Meminerunt etiam e veteribus, præter
Mercatorem, Cyrillus in epistola ad Joannem
Antiochenum & Orientis synodus, Vigilius pa-
pa in constituto, Justinianus imperator in libro
pro Acephalis, Facundus Herimianensis libro
tertio, capite secundo & quinto, Leontius Scho-
lasticus libro tertio contra Nestorianos nume-
ro 18. alique. Meminerunt pariter e recentiori-
bus Emmanuel Calecas libro secundo contra
Græcos; Bellarminus libro tertio de Christo,
capite quinto; Petavius tomo 1. v. dogmatum
libro primo; Christianus Lupus tomo 1. Scho-
liorum in canones conciliorum generalium,
pluribus quidem locis, sed præsertim pag. 774.

11. Nemo vero meminit, quin simul repro-
baverit, vel tanquam nihil sanum habens, vt
Cyrillus; vel vt impium atque Judaicum &
sceleratum, vt Leontius; vel tanquam a fatana
compositum, vt Patres quintæ synodi, &c.

Proscripsit tertia synodus, seu Ephesina. Si-
qui inventi fuerint, vel Episcopi vel clerici, vel
laici, siue sentire, siue docere, ea qua conti-

nentur in oblata expositione a Charisio Presbyte-
ro, de vniuersi Filii Dei incarnatione, &c. sub-
jacent sententiæ sanctæ hujus & vniuersalis sy-
nodi.

Proscripsit etiam quinta synodus. Nam post-
quam lectum est impium symbolum, sancta syno-
dus exclamavit: *Hoc symbolum satanas composuit*.
Anathema ei, qui hoc symbolum composuit. Hoc
symbolum Ephesina prima synodus vna cum au-
thore ejus anathematizavit, &c.

Cyrillus in epistola ad Proclum: *Sciat tua
sanctitas, quod prolata apud sanctam synodum
expositione ab eo composita, sicut dicebant, qui
protulerunt, nihil sanum habente, reprobatum qui-
dem eam sancta synodus, vt pote peruersis plenam
intellectibus, & Nestorianam impietatem quasi
compositum*.

Mercator, cum accingeret se ad refellen-
dum symbolum, cuius erat hæc clausula: *Hæc
ecclesiasticorum dogmatum doctrina, atque adeo
omnis, qui contra hæc sentit, anathema sit*.
Continuo subiungit: *Imo nos tibi catholici
dicimus, qui talia ore impurissimo & lingua sce-
lestissima protulisti, incessabiliter anathema, &
omnibus consentaneis tuis*.

Atque etiam
a quinta.

A Cyrillo.

A Mercatore.

Damnatur ab
omnibus qui-
cumque me-
minerunt.

A synodo
Ephesina,
Actione 6.

STENI,
n carnem exliscit
& David, per
m habet: Per om
Evangelio teste
re, neque que in
umanitatis, no-
blimia & æterna
ona vel substantia
n prædicantem
us datus est nobis
verum ejus, hic
gnis consilii nau-
uri facili, prin-
regnum ejus, &
edem David de-
us, ut constituet
cio & iustitia
Zelus Domini
qui puer, sine
cem involutus,
qui adoratus a
a cum parenti-
cundum alium
vocaretur, di-
filium meum,
in faciem Je-
s nositer, & non
us, qui invenit
eam Jacob puer
ostendit in terra
versatus est.
nis iste est, qui
& inter ho-
que Verbum
Deus, IESUS
itus Patris,
constitutus
conversare
ominibus in-
xus, in ipsa
tertia die
icare vivos
Filius Dei
cum anima
re perfecta
substantia,
aliter enim
iter caro fa-
posuit, nec
egnantem,
m? Quid
no: Domi-
loquacitate
Christos,
lios audia-
is ex anima
iversis sine
rporali vi-
bili, vni-

A Justiniano. Justinianus Imperator, aut quisquis alius, Justiniani nomine librum illum, quem Facundus refellit, pro Acephalis scripsit. *Verumtamen ut omnes christiani Theodori insaniam cognoscetes, non circumferantur impiis illius doctrinis, prava ex ejus blasphemis conscriptis, in consilio ab eo symbolo, presentis nostri o indidimus libro, que constant in ipsi sermonibus.*

A Leonio Scholastico. Leonius: Contra primam religionis christiana informationem fuit, & de seum symbolum eorum, qui regnerant, tollit, fidem, inquam, synodi Nicene, non solum mutans ipsam, sed omnem penitus fidem destruent. & aliam prater illam tradens, prohibet lucens illa tanta lumina, neque tam audax facinus perborrescens: aliud enim, ut dixi, symbolum fidei, vel potius dicam perfidia, edit.

Qui errores symbolo committantur. Quæ vero symboli dogmata primam religionis christiane fidem destruant, ostendunt satis laudati auctores. Nam cum trinitate personarum divinarum, incarnatione Verbi, & gratia Christi, fides maxime constat, alii tria circa trinitatem personarum divinarum arguunt; alii totidem circa incarnationem Verbi; tertium quoddam genus erroris de gratia Christi, seu sine ac effectu incarnationis deprehendimus in dissertatione postrema ad priorem partem operum Mercatoris.

Circa personam divinas. De procedente Spiritus sancti. Argunt vulgo, recentiores fere omnes, verba, que numero 3. leguntur de Spiritu sancto, quem neque filium esse, neque per filium existentiam accepisse putamus. Quæ verba Manuel Calecas trahere conatur in bonum sensum, quasi Spiritus sanctus dicatur, non perinde per Verbum, ac creata quælibet alia, extantiam accepisse; sed nihil admodum sua illa benigna, sive interpretatione, sive violentia, profect.

De numero personarum. Arguunt alii, quorum nomen Facundus retinet, quod quarta in Trinitate persona induci videatur; cum enim dictum esset: *Credimus in Deum Patrem, & in Dei Filium unigenitum, atque Spiritum sanctum*, numero 5. fit sermo de Domino JESU CHRISTO, in quem sane credere nos oportet, tanquam ab aliis tribus diverso. Verum futilis est objectio.

In libro, qui Justiniani nomine vulgatus est, objicitur Sabellianismus auctori symboli, quasi jam non quartam subintroducat personam, sed tres alias in hinc contrahat. Objiciendi causam dedisse visa sunt hæc numeri 4. verba: *Consecramus autem Patrem in persona perfectum, & Filium similiter, sanctum Spiritum itidem, &c.* Ipsis enim allatis subjungit libri auctor: *Oportet autem auditorem inspicere, quia in sancta Trinitatis persona dicens, similiter & itidem, unam personam astruatur dicere trium nominum sancta Trinitatis secundum Sabellii insaniam.* Objectionem ejusmodi, vt non est procul dubio gravissima, facile Facundus depulit.

Circa incarnationem Verbi. Damnat Ephesina synodus symbolum totum, velut contrarium fidei catholice de incarnatione Unigeniti, & vt loquitur Cyrillus, velut Nestorianæ impietatis scaturiginem. Unde Mercator auctorem tradit, non novella, sed vetera partim Pauli Samosatani, partim Ebionis, partim Marcelli Galatae & Phoivini esse cum impietate locutum.

Reprehendit igitur Mercator, i. quod Theodorus in symbolo, Christum faciat purum hominem filiumque Dei; non natura esse dicat, sed adoptione seu gratia. ii. Quod duos reipfa

Christos prædicet. iii. Quod neget verba Evangelicæ, *Verbum caro factum est*, accipi posse proprio sensu, nisi Verbum in carne conversum dicatur. Ita pluribus demonstrat, sed alietum addit, ex anticipata potius vt reor, opinione, quam ex certa collectione: objicit enim auctori symboli, quod hominem asserat prius formatum fuisse a Spiritu sancto in utero virginis, atque exstitisse, quam Verbo adhereret, factumque ex conjunctione cum Verbo creaturæ omni adorabilem.

Verum certa ratione constat indubitati- que Theodori testimonii, in ipso conceptu, Verbi & humana natura exstitisse, qualem nempe admittit. Quid enim evidenti- us, vel illa sententia Theodori, quam adducit Mercator ipse, excerpto 3. *Oculis eidem copulatus est, nec enim aberat, cum formatum est, non dividebatur, cum nasceretur, &c.* vel illa, qua vitur Facundus ad accusationem depellendam: *Bonum est in hoc loco maxime conclu- dere, quid virtuti habeant ea, que dicta sunt, sive conversari, sive baptizari, sive crucifigi, sive & mori, sive & sepeliri, & resurgere. Non puro alicui hæc coaptantes homini dicimus. Hoc enim in vna- quaque ditorum demonstratione addere non moramur, vt nullam calumniantibus præbeamus male loquendi occasionem: sed inhabitato quidem adeo Verbo, ab ipsa in utero matris plastatione.*

Denique ex verbis numeri 8. consecimus, a Theodoro non obscure significari gratiam Christi, propter quam venit in hunc mundum, non aliam esse, quam vel doctrinam vel exemplum.

Jam vero de auctore primus, quod sciam, Facundus quæstionem movit. Cum enim de Theodoro constans esset antiquorum sententia, au us est ipse dissentiri, ne quem purum hæresis præfate conabatur, ad versus quintam syno- dum, is statim ex symbolo convinceretur. Mi- tor vero adhæsisse Facundo viros magni no- minis, Manuelem Calecam, Bellarminum, & Petavium, qui Nestorium auctorem faciunt. Quomodo enim, vel quante synodi judicium, præ Facundo vix quidquam pro se profere- re spreverunt, vel Leonium curiosus Theodori singula persequentem non audiverunt? Omitto de Mercatore dicere, cujus opera tunc tempo- ris latebant, nunc vero edita, dubitare jam non sinunt.

Nestorius magistri sui symbolo visus est, ad spargendam hæresim: huic enim subscribendum curavit ab hominibus, qui ab hæresi redierunt ad Ecclesiam, perinde ac si foter meta Nicæ- næ vel Constantinopolitane fidei expositio. Id vero egit per impietatis suæ administrato- dos, Anathasium & Photium, qui & presbyteros alios duos, Antonium & Jacobum Phila- delphiam, ad reconciliandos Quartadecimanos, inducendosque ad subscriptionem quos pos- sent, submisserunt. Verum Charisius Ecclesie Philadelphienis presbyter atque œconomus, subodoratus quod erat, rem totam detulit ad concilium Ephesinum, cujus in actione sex- ta tota hæc historia prolixè narratur.

VERBA MARI MERCATORIS.

Cujus autem perfidia sit etiam præfatus Theodorus, ex scriptis ejus, quæ de Græcis transfulimus, approbemus.

Theodori